VICTOR VITENSIS. ETC.
12. Jh. Seite 60r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26539
Copyright: Admont, Benediktinerstift



cyrile ad perdendas animas ordinatum uidis
sent. omnes simul ciuitas euectione nauali de proximo ad his
paniam confugiunt. relictis paucissimis qui aditum non
inuenerant nauigandi. quos arrianorum episcopus pri
mo blandimentis. postea minis compellere cepit.
ut eos faceret arrianos. Sed fortes in domino non solum
suadentis insaniam irriserunt. uerum etiam publice myste
ria diuina in domo una celebrare congregati cepe
runt. Quod ille cognoscens. relatione occulte car
thaginem aduersus eos direxit. Que cum regi inno
tuissent. comitem quendam cum iracundia dirigens.
precepit ut in medio foro congregata illuc omni
prouintia. linguas eis et manus dexteras radicitus
abcidisset. Quod cum factum fuisset. spiritu sancto prestan
te. ita locuti sunt et locuntur. quomodo antea loque
bantur. Sed si quis incredulus esse uoluerit. pergat
nunc constantinopolim. et ibi reperiet unum de il
lis subdiaconem reparatum. sermones politos sine
ulla offensione loquentem. Ob quam causam uenerabi
lis nimium in palatio henonis imperatoris habe
tur. et precipue regina mira cum reuerentia uene